UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

## Johannes <Climacus>

## Coloniae, 1583

## VD16 J 520

Vita Machni senis. Capvt. XVII.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55433

Visual Library

erant. Mox autem vt bibim⁹, confortati ſumus, & iter agentes tribus diebus alijs ſine potu, peruenimus ad loca habitabilia.

*Vita Machni ſenis.*

## CAPVT. XVII.

DICEBANT de quodam magno ſene, qui in eodem monaſterio Abbatis Petri morabatur, quòd quinquaginta annos egiſſet in ſpelunca ſua, neque [1] vinum bibens, nec panē comedens, niſi tantùm furfureum. Tertiò autem ſingulis hebdomadibus communicabat.

1 *Vino non vtebatur, & panem furfureum comedebat.*

*Vita alterius ſenis Mon ſterij Lauræ, qui cum Leonibus dormiebat.*

## CAPVT. XVIII.

NARRAVIT nobis Abbas Polichronius presbyter de alio ſene, qui ſedebat in eadem Laura Abbatis Petri, quòd plerunque abiens, in ripa Iordanis commanebat, & vbi cubile leonis inueniſſet, illic dormiebat. Die verò quadam tulit duos leonis [1] catulos intra pallium ſuum in Eccleſiam, & dicebat fratribus: Si mandata Domini noſtri Ieſu Chriſti cuſtodiremus, iſta animalia profectò nos timerent; ſed propter peccatum ſerui effecti, nos illos timere comprobamur. Quare magnificè ædificati fratres, ad manſiones ſuas receſſerunt.

1 *Vide Sanctos etiam immaniſsimis beſtijs in virtute Dei imperare.*

*Relatio Abbatis Eliæ De ſeipſo.*